



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Quid sit exco[m]municatio cap. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

necessaria iurisdictio , appellatur etiam potestas iurisdictionis. Est vero illa vna Clavis Ecclesiæ quæ dicitur Clavis iurisdictionis , præter quam est&c alia quæ appellatur Clavis scientiæ , ad examinandum & interrogandum pœnitentem.

Quid excommunicatio sit.

Cap. IIII.

Excommunicatio est * ecclesiastica censura, qua homo Christianus communibus fidelium bonis priuatur. Dicitur * Ecclesiastica censura, quia est pœna, correctionis causa, Ecclesiastica , non laicali auctoritate instituta. * Homo Christianus : non baptizatus enim hæc pœnâ minimè incurrit. Priuatim tribus communibus fidelium bonis: exteriori videlicet cōuersatione, sacramentorum participatione,

A iiiij

Ecclesiæ orationibus, & suffragiis, ceteris non priuat, nempe fide interiori, gratiæ & charitatis communione, atque particularium amicorum orationibus. Immo si contritus absolutionem obtainere studuerit, ea etiam non habita, communibus Ecclesiæ suffragiis innabitur. Hinc sequitur excommunicationem esse malū pœna pro culpa inflictum, peccato veniali de se leuius ratione tamen causæ qua fertur, & effectus qui inde sequuntur, grauius.

De speciebus excommunicationis.

Cap. V.

Bipartitur excōmunicatio in maiorem, & minorem. * Major tribus priuat antedictis bonis; * Minor verò tantum sacramentorū participatione. Vtraque duplex, à iure, & ab homine, à iure dicitur, quæ per aliquē canonem